

Urkunde Nr. 320 bis 329

Objektyp: **Chapter**

Zeitschrift: **Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz**

Band (Jahr): **68 (1913)**

PDF erstellt am: **24.07.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

ipfam pro sexaginta libris redimere supradictis in vfus dicte ecclesie ad celebrationem prenotati anniuersarii conuertendis. In horum euidenciam sigilla, videlicet noftrum et capituli presentibus funt appensa. Datum Berone anno domini M^oCCC^oXIII^o, feria quarta post natiuitatem sancte Marie. Indictione XII^o. Liber crinitus fol. 25 b—26. Argovia, 29, 90—91.

Nr. 320.

1318, 17. Mai, Constanz.

Der Bischöfliche Constanzische Generalvikar genehmigt die durch Abgeordnete der Gotteshäuser Eschenbach und Beromünster getroffene Grenz- und Zehntbereinigung der beiden Kirchspiele Eschenbach und Hochdorf.

Nouerint uniuersi quorum interest uel intererit in futurum quod conuenientes in Ecclesia Obern Eschibach, Cuonradus Rector ejusdem, nomine sui et Ecclesie sue ex una, et Magistri | dominique. Nicolaus von Malters. Wandellerius Rector Ecclesie in Escholzmatte, et Rvodolphus de Liebegge Canonici Ecclesie Beronensis, nomine — Prepositi, et — Capitulij ejusdem | Ecclesie Beronensis, et nomine Ecclesie in Hochdorf, eidem capitulo in temporalibus applicate ex parte altera, ad tractandum compositionem amicabilem et finalem super discordiis motis inter eos | pro noualibus et limitibus Ecclesiarum dictarum, decreuerunt decimas possessionum, ex quibus materia litis hactenus orta est et oriri posset in posterum ad inuicem permutare. et decreuerunt similiter Ec- | clesiarum limites aliquos, ex quibus hactenus materia litis est orta et oriri posset in posterum, declarare et specificare nominibus vulgo notis expressos, et comisserunt quinque uiris discretis, | Wernhero de Liebegge, tamquam communi medie persone. Waltero dicto Waldispuel, Volrico de Gerishag, ex parte Ecclesie in Obern Eschibach. Chuonrado dicto Negelli, et Volrico de Brün- | lon, ex parte Ecclesie in Hochdorf, assumptis, estimationem et taxationem reddituum pariter permutandorum, et presignationem limitum dictas inter Ecclesias declarandorum. Et hij

quinque | viri sollempniter iurati, taxauerunt ualorem decimarum permutandarum eas commutabiliter adequantes. et hac adequacione decimarum completa, ab utraque parte sollempniter est decretum, quod Ecclesie | Obern Eschibach limites perpetuum sumere debent in futurum tempus in loco dicto ze Oeggeringen in palude, cuius medietas pridem Ecclesie in Oberneschibach pertinebat, et abinde debent | extendi ad riuulum dictum Rudelbechli, et abinde ad rivulum dictum Roetelbechli, et secundum decursum illius riuuli usque ad clausuram rusticam, siue portulam vulgo dictam Eschtürli, positam | iuxta jam dictum riuulum Roetelbechli in loco dicto Tufenmatte, et abinde iuxta declinationem Fossati dicti Vridegraben ze Venkerron, usque ad riuulum dictum Gvonbechli, et secundum decursum | eiusdem riuuli, usque in locum dictum Allesfurt ita quod possessiones omnes et singule intra dictos limites versus Ecclesiam Oberneschibach collocate, eidem Ecclesie obern Eschibach cum omni suo iure parrochiali | in perpetuum pertinebunt. Et decima dicta der Ovwezende, et decima dicta der Krisenzehnde, et subditi villarum ze Govchusen et in der Ovwe, et quidquid intra dictos limites contentum videbatur Ecclesie in Hochdorf | hactenus pertinere. Possessiones vero ultra dictos limites in remotum ab ecclesia Oberneschibach elongate, cum omni iure parrochiali Ecclesie in Hochdorf deinceps attinebunt. Et decima dicta Vangzehnde et | decima dicta Reingungzehende, et decima agrorum dictorum Hvobacher, et decima possessionum sitarum ultra siluam Breitenholz versus villam Hochdorf in remotum ab Ecclesia Oberneschibach, et quidquid ultra | dictos limites pertentum videbatur Ecclesie Obern Eschibach hactenus pertinere.

Utraque quoque Ecclesia nominata, in possessionibus extentis a dicto loco Allesfurt, iuxta ascensum aluei dicti Kellenbachtal, et iuxta cursum | riuuli per eundem alueum fluentis prope fontem, dictam ze Kleinholz, et abinde usque ad indagine siue sepem dictam ze Nidernhoken, et abinde usque in locum dictum ze Leuscheiden, et abinde usque ad indagine | siue sepem sitam iuxta stratam ducentem de villa

dicta Gossenrein, et abinde usque in locum dictum ze Enzengerden, in remotum ab ecclesia Oberneschibach tenebit in perpetuum jus omne, quod hactenus tenere consuevit. | Utraque quoque Ecclesia nominata census et elemosinas siue remedia, quos in possessionibus alterius parrochie possedit hucusque siue percepit, possidebit etiam et percipiet in futurum. Ecclesia vero in Hochdorf | in recompensam utilitatum quas recipere poterat de subditis villarum ze Govchusen et in der Ovwe, recepit et acceptauit redditus, X solidorum sitos in villa dicta Urswile in bonis dictis, der Statlüten guot. | et eos redditus ab Ecclesia Oberneschibach sibi datos in perpetuum possidebit. Utraque quoque Ecclesia nominata, in silua sita prope villam Oeggeringen, prope paludem, et a medietate paludis in latum pertenta, | ad lacunam dictam Seweli, prope quam limes parochialis euidenter apparet, ius quod hactenus habere consuevit, deinceps obtinebit. Ecclesia quoque in Hochdorf tradidit Ecclesie in Oberneschibach decimas | agri dicti in der Bruchi positi prope riuum dictum Weribach, qui continetur intra fossatum dictum zem Jungenreine, diuidens parrochias Emmon et Oberneschibach versus Ecclesiam Oberneschibach et respiciens | in directum fossas nemoris, diuidentes parrochias Emmon et Oberneschibach ad pinum dictam Scheitannun et ad fluuium dictum Rvsam. Dedit etiam eidem partem, quam in decima dicta Mus- | zehende habere consuevit. Et ab eadem Ecclesia Oberneschibach per modum permutationis in recompensam recepit decimas duorum agrorum sitorum in campo ville de Waltwile, in Parrochia de Emmon, | qui agri attinent areis Enzeslehen nominatis. Alii vero dictarum parrochiarum limites in locis aliis a nominatis positi deinceps iidem permanebunt, qui hactenus ab antiquo manserunt. Ecclesia | etiam in Hochdorf decimam sitam ze Ratoltswile, intra parrochiam Emmon, tenebit sicut ab antiquo consuevit. Et hec permutationes, et limitum assignationes facte fuerunt, locis omnibus | dictis digito ad oculum demonstratis, presentibus et consentientibus partibus suprascriptis, et loca decimarum permutatarum intra parrochiam eius Ecclesie ammodo censebuntur, cui pertinent decime per-

mutate. | Ecclesia quoque Beronensis dare tenebitur Ecclesie in Oberneschibach de decimis ex permutatione receptis, sicut prius dabat de decima dicta Krisenzehenden ex permutatione translata, Crisma, Oleum sacrum | et hostias consecrandas. Actum est etiam, quod omnes expense et acta judiciorum, que predictis ex causis succreuerant, cessare debent deinceps hinc et inde. Testes qui rogati hiis interfuerunt, sunt, | Wernherns Decanus in Hochdorf, Magister Johannes Scolasticus Lucernensis, Hartmannus de Rvoda Miles, Johannes de Rotenburg, Volricus de Horwe, Johannes de Rüssinkon, Hilpoldus de Liele, Volricus | de Buotingen, Volricus villicus, Heinricus im Houe, et Rvodoifus zem Tvrlin de Oeggeringen. Waltherus ze vsserost, Petrus de Isingeringen, fratres conuersi, Heinricus et Heinricus de Affoltre, et alii | fide digni. Ego itaque Chvonradus antedictus, de consensu et expressa voluntate — — Magistre et — — Conuentus Cenobij Sancte Katherine, ordinis sancti Augustini, quibus pertinet iuspatronatus | ecclesie mee predictae, compositionem istam approbo, et sigilli mei appositione confirmo. Nos etiam — — Magistra et — — Conuentus antedictae, compositionem predictam ratificamus et approbamus, Sigillum | nostrum propter hoc presentibus apponentes. Nos etiam — — Prepositus — — Custos et — — Capitulum Ecclesie predictae Beronensis, pro nobis et prefata nostra ecclesia in Hochdorf, compositionem predictam ratificamus, | et presentibus approbamus, Sigillorum nostrorum munimine roboratis. Rogamus igitur nos persone omnes antedictae, honorabiles dominos — — Vicarios Reuerendi in Christo patris ac domini Gerhardi dei gratia Constantiensis | episcopi, quatenus dignentur prescriptas permutationes, compositiones et limitum declarationes approbare, et auctoritate ordinaria confirmare. Acta et perfecta sunt hec, anno domini M.CCC.XV. | XVI. Kl. Junii. Indictione XIII. Nos quoque — — Vicarii antedicti, ad preces partium prescriptarum, Compositiones, permutationes, et ordinationes antedictas, et limitum declarationes, prout rationabiliter | acte sunt, et ab utraque parte recepte, auctoritate ordinaria confirmamus, huic instrumento super omnibus hiis

hiis confecto, Sigillum Episcopale, quo utimur, apponentes.
Datum Constantie | Anno et indictione predictis. —

Für die Siegel sind Pergamentstreifen vorhanden, die nie benützt wurden.

Abschrift: Liber crinitus 15 b—16 b

„ : Luz. Staatsarchiv, Comthurei Hohenrain

Gedruckt: Geschichtsfreund III, 240—243

Deutsche Uebersetzung von Nikolaus Weidmann, Notar von Münster 1483, im Staatsarchiv Luzern. W.

Nr. 321.

1315, 28. Mai, Baden.

Herzogliche Bestätigung eines Vertrages zwischen Hohenrain und Münster betr. Holzhau und Weidgang im Kleinwald einer- und denen von Ruotzingen, Bürglen und Urswil anderseits.

Wir Lúpolt von Gotz gnaden, Hertzog ze Osterrich, und ze Styre, Herre ze Chreyn zer | March, und ze Portenowe, Graue ze Habspurg, und ze Kyburg, und Lantgraue in Obern | Elszase, veriehin und tûn chunt, allen den, die disen brief ansehent, oder hörent lesen, | daz wir den scheid und die rihtung, die der Edel man Heinrich von Griessenberg | mit den erbern lûten rat, Rûdolph von Halwile, Heinrich von Rûmelanch, und Rûdolph | des Stûllingers getan hat, über den krieg, den die brüder von Honreyn Sant | Johans Ordens. von ir lûten wegen, von Rûssingen, und von Bürgelon, haten mit | ûns und mit den herren von Münster, von der von Urswile wegen, umb ein | Holtzhowe und umb wunne, und umb weid, des waldes, der da heisset der klein | wald, und umb ander sachen, die an dem brief stant, den der Griessenberg, dar über | gegeben hat, stete, und genem haben, und haben wellen, für ûns, und für unser brüder | und daz wir, noch unser brüder dar wider niht tûn sÿlen, nûn daz wir wellen daz | die rihtung stete belibe, an allen den stuken, so der vorgeschriben brief hat, den Heinrich | von Griessenberg, dar über gegeben hat, Und des ze einem urchund henken wir

| unser Insigel an disen gegenwertig brief. Der ist geben ze Baden, an der Mitwochen | nach Sant Urbans tag, Do man zalt von Gotz geburt Drutzehenhundert jar | und da nach in dem funfzehenden jar.

Siegel fehlt. Original im Staatsarchiv Luzern. Archiv Hohenrain. Gedruckt bei J. E. Kopp, Geschichte der eidgen. Bünde IV, 2, 453. W.

Nr. 322.

1315, 4. November, Aarau.

Capitelsbeschluß betreffend Aeuffnung des Einkommens der Stiftsfabrik.

Nos Jacobus de Rynach prepositus et Capitulum ecclesie Beronenfis Constantienfis dyocesis comuni et vnanimi voluntate ad honorem ecclesie nostre et vtilitatem constituimus et ordinamus vt deinceps vndecim maltera filiginis de Sthöphen ad fabricam ipsius ecclesie predictae nostre ex integro debeant et perpetuo deferuire, de quibus vndecim maltris hactenus cuilibet canonicorum et scolastico duo modii dari consueuerunt. Si quis autem canonicorum suos modios alicui concessit vt moris est pro tempore vite sue, concessio ipsa rata permaneat nisi per eum vel illum, cui fabrica prefata committitur, ab eo, cui concessio facta est valeant liberari. Si quis autem canonicorum presentium et futurorum modios predictos deinceps cuiquam concesserit, sit irritum et inane. Damus itaque procuratori ipsius fabrice, qui nunc est et suis successoribus dicta vndecim maltra recipiendi et in vsus ipsius fabrice conuertendi plenam et liberam facultatem. In horum omnium euidentiam figilla nostra videlicet prepositi et capituli presentibus apponentes, Datum apud Arore in publico capitulo anno domini M^oCCC^o XV^o, feria tertia proxima sanctorum post festum omnium. Indictione XIII.

Nunc vero actu habemus resignatos duos modios a domino Wandlario de Escholzmat, duos a domino Markwardo de Baldeg, duos a magistro Rüdolfo de Liebegge, duos a Magistro B. nostro scolastico.

Item anno domini M^oCCC^oXVI^o dominus officialis de Conftantia et magister Nicolaus de Malters resignauerunt suos modios.

Item anno domini M^oCCC^oXVII^o dominus Volmarus) et dominus de Weffenberch²⁾ resignauerunt suos modios. Item eodem anno magifter Wernherus de Bolozhouen (!³⁾) resignauit suos modios.

Item anno domini M^oCCC^oXVIII^o dominus Heinricus de Rinach⁴⁾ resignauit suos modios.

Item anno domini M^oCCC^oXVIII^o habemus resignatos duos modios siliginis a domino R. de Grenkon⁵⁾ et a domino de Rv̄tlingen ij modios, et a domino de Būchein⁶⁾ duos modios.

Item a domino . preposito de Werde⁷⁾ ii modios siliginis

Item a domino Jacobo de Būtikon⁸⁾ thesaurario ii modios.

Item a domino de Dietikon⁹⁾ ii modios post mortem Ar. de Vilmaringen.¹⁰⁾

Adhuc restant XVI modii.¹¹⁾

1) Jahrzeitbuch von Münster A. D. 1321, 30 März, Volmarus de Wintertur, huius ecclesie canonicus obiit.

2) Berchtold von Wessenberg, † 1329.

3) Magister Wernherus de Woleshofen, † 1324, 16. Jan.

4) Vgl. Urkunde von 1310.

5) Anno 1322, 14. Sept., Rvodegerus de Buttensultz, rector ecclesie in Grenichon et huius ecclesie Canonicus obiit. Jahrzeitbuch Münster.

6) Berchtoldus de Buchheim, Propst zu Rheinfeldern, † 1327, 16. Juli.

7) A. D. 1323, 26. Jan., Cuonradus de Gössinkon, prepositus Werdensis et huius ecclesie canonicus obiit. Jahrzeitbuch Münster. Er war auch Domherr von Basel und Propst zu Zofingen. Tonjola, Basilea sepulta p. 4.

8) Jakob von Büttikon, † 1326, 2. Feb.

9) Petrus de Dietenkon, † 1349, 6. März.

10) H. de Vilmeringen. Vgl. Urkunde von 1307, 14. Juli.

11) Darunter sind verstanden die Beiträge von den Chorherren Wernher von Schönenberg, † 1328, 13. April.

Magister Petrus de Thurego, † 1329, 11. Mai.

Gerungus de Seconis, † 1328, 17. Mai.

Dietericus Sartoris, † 1347, 3. Dec.

Liber crinitus fol. 39; fol. 56, b. Der Beschluß vom 14. Nov., 1315 mit veränderter Schreibweise der Personennamen. B.

Nr. 323.

1316, 28. Februar, Münster.

Vergleich zwischen dem Stift Münster und dem Pfarrer von Pfeffikon betreffend die Neubruch-Zehnten.

Omnibus¹⁾ presentium inspectoribus, seu auditoribus magistri Petrus de Thurego et R. de Liebegge, canonici Beronenfes, arbitri arbitratores, seu | amicabiles compositores electi communiter a partibus infra scriptis subscribe noticiam veritatis. Cum inter honorandos viros — — prepositum et capitulum dicte Beronenfis | Ecclesie ex parte vna et virum discretum magistrum Nicolaum de Malters, Rectorem ecclesie in Pfeffikon, nomine dictarum ecclesiarum, super decimis noualium, que dicuntur | surrexisse in villis infra scriptis et earum finibus, videlicet Gundolzwile, Rynach, Mullwile et pluribus locis aliis infra limites parrochie dicte | ecclesie in Pfeffikon orta esse materia questionis, prenotatis proposito et capitulo eas recipientibus ratione decimarum, quas in locis prefatis ex antiquo | percipiunt, et ipsa loca noualia esse negantibus, prenominato autem magistro Nicolao ipsas nomine ecclesie predicte in Pfeffikon vendicauit. Tandemque partes | vnanimi consilio et assensu in nos, tamquam arbitros arbitratores seu compositores

Diethelmus de Eichiberg, † 1318, 24. Mai.

Wernher de Thurego.

Ulrich de Seeburg, † 1343, 22. Sept.

Jacobus de Rinach de Eggenheim, † 1352, 27. Okt.

Johannes Schiterberg, † 1353, 21. Mai.

Der neben Magister Nicolaus de Malters, † 1318, 27. Mai, erwähnte Officialis de Constantia ist vielleicht Johannes dictus Nordwin de Konstantia, † 1353, 19. März.

Varianten fol. 56. b: Wandelario de Eschoitzmatte, Markwardo de Baldegge

¹⁾ Exemplar B Vniuersis.

amicabiles consensissent. Nos assumpto negotio, causis omnibus
 | examinatis, tam testibus auditis, quam visis et lectis instru-
 mentis, de partium voluntate sic amicabiliter composuimus
 inter eas. Quod videlicet ecclesia | Beronenfis in locis omnibus,
 de quibus hactenus controuersia extitit, et que esse noualia
 dicebantur, decimas omnes, sicut consueuit, percipiat | in futurum.
 Et propter bonum pacis exoluat prenotate ecclesie in Pfeffikon
 tria maltera Spelte et auene, mensure Thuricensis, communiter
 | annuatim in festo sancti Martini. In huius compositionis¹⁾
 euentiam sigilla nostra presentibus apponentes, Nos quoque
 — — prepositus et Capitulum | nec non magister Nicolaus
 antedicti compositionem eandem nomine ecclesiarum antedictarum
 factam sic prouide approbamus, collaudamus et | presentis
 scripti patrocinio comunimus, promittentes pro nobis nostrisque
 successoribus et ecclesiis nostris, non contrauenire in iudicio
 vel extra, vel contra | venire uolentibus aut uolenti consentire
 modo vel ingenio qualicumque. Sigilla nostra propter hoc presen-
 tibus appendentes. Datum Berone | anno domini M^oCCC^oXVI^o.
 II. Kalendas Martii, Indictione XIII^o.

An der Urkunde hängt das beschädigte Ovalsiegel des
 Magister Petrus de Thurego; die andern Siegel fehlen.

Nr. 324.

1316, 1. Mai, Konstanz.

Der Generalvikar des Bischofs Gerhard von Konstanz
 genehmigt die Uebereinkunft zwischen dem Stift Münster und
 dem Pfarrer von Pfeffikon, betreffend Neubruch-Zehnten.

— — Vicarius generalis Reuerendi in Christo patris ac
 domini G. dei gratia Constantiensis Episcopi, presentium inspec-
 | toribus vniuersis Noticiam subscriptorum. Nouerint vniuersi,

¹⁾ Exemplar B de partium voluntate sic facte et per eas ex certa
 scientia collaudate sigilla nostra ad preces earum presentibus sunt ap-
 pensa. Datum Berone etc. Die beiden Siegel sind abgerissen.

B im Liber crinitus fol 16, b.

Vgl. A. Ph. v. Segesser, Rechtsgesch. 1, 706.

quos nosse fuerit oportu-
 num, quod cum inter honorandos in
 Christo Jacobum de Rinach, prepositum et capitulum Ecclesie
 Beronensis ex vna, et magistrum Nicolaum de
 Malteris, Rectorem Ecclesie in Pfeffikon, ex parte altera super decimis
 noualium, que infurrexiffe dicuntur
 in villis Gvndoltzwile
 Rinach et Mullwile aliisque locis pluribus infra limites parochie
 in Pfeffin-
 kon, orta esset materia questionis et tandem per
 viam compromissi compositio amicabile super dictis decimis
 noualium processerit inter eos, quam quidem compositionem
 petierunt vtriusque auctoritate ordinaria confirmari. Nos
 considerantes huiusmodi petitioni Juri fore consonam et equitati,
 ipsam compositionem prout provide facta
 est auctoritate ordi-
 naria presentibus confirmamus. In cuius rei testimonium pre-
 sentes sunt sigillo Episcopali quo
 vtimur roborate. Datum
 Constantie sub sigillo Episcopali iam dicto, anno domini
 M^oCCC^oXVI^o. Kalendis Maii.

Das Siegel hängt beschädigt.

Copie im Liber crinitus fol. 18b und 26. Druck im
 Geschichtsfreund II, 172.

Nr. 325.

1316, 1. Mai, Konstanz.

Der Generalvikar des Bischofs von Konstanz genehmigt
 die von Propst Jakob von Rinach in Münster getroffene Ver-
 fügung betreffend Sicherung der Jahrzeitstiftung Ulrichs von
 Aarburg.

Vicarius generalis reuerendi in Christo patris ac domini
 G. dei gratia Constantiensis Episcopi. Cum honorandus in
 Christo Jacobus de Rinach, prepositus Ecclesie Beronensis,
 domum infra cimiterium ecclesie Beronensis sitam prepositure
 pertinentem et — — capitulo pro Sexaginta libris denariorum
 prefignato obligatam ex legatione domini Uolrici quondam de
 Arburg, canonici ibidem, de bonis prepositure sue pertinentibus
 redemerit infra scriptis, videlicet decima in Kerns reddente
 triginta solidos, curti vna apud Hüben reddente vnam libram

et decem solidos apud Ludingen, Ita tamen quod liceat sibi et suis successoribus bona predicta ad preposituram pro pecunia redimere prenotata: Nos ad utriusque partis petitionem approbamus omnia predicta et auctoritate ordinaria confirmamus. In cuius rei testimonium presentes sunt sigillo Episcopali, quo utimur, roborate. Datum Constantie sub Sigillo episcopali iam dicto anno domini M^oCCC^oX KVI,^oal. Maii.

Liber Criatus fol. 26.

Nr. 326.

1316, 8. Mai, Münster.

Jakob von Büttikon, Custos und Keller von Münster, bewilligt dem Johann Trutmann die Verpfändung des Eschibach- und Hennis-Gutes in Hochdorf.

Uniuersis presentium inspectoribus seu auditoribus Jacobus de Buthinkon, Thesaurarius et Cellerarius | ecclesie Beronenfis, noticiam subscriptorum. Constitutus coram nobis Johannes dictus Trutman, | seruus ecclesie nostre, bonum suum situm in Hochdorf dictum das gut von Eschibach, videlicet | quartam partem Curie dicte de Eschibach, soluentem cellario nostro quatuor solidos minus | tribus denariis nomine canonis annuatim. Item bonum suum ibidem dictum Henisgut, soluens dicto | cellario nouem denarios annuatim, que ambo ab ecclesia nostra tenet in Emphytheosim, Anne | filie R. dicti Gloggner de Luceria, vxori sue, pro triginta libris denariorum, quas ab ea | recepit dotis nomine numeratas, manu et auctoritate nostra, titulo pignoris obligauit. | Et nos ad ipsius Johannis petitionem prefatum R. nomine dicte filie sue de ipsis bonis titulo | pignoris, saluo nobis consueto, presentibus inuestimus, presentibus magistro Nicolao de Malers | canonico Beronensi, Johanne de Buffinkon H. Sartore et aliis fide dignis. Datum Berone sub | sigillo nostro propter hoc presentibus appenso, anno domini M^oCCC^oXVI^o. VIII Idus Maii, Indictione XIII^o.

Das Siegel ist jüngst durch Abgießen ruiniert worden.

Eine Copie aus dem 15. Jahrhundert liegt im Staatsarchiv Luzern; ebenso eine deutsche Uebersetzung von Notar Weidmann c. 1484.

Nr. 327.

1316, 16. August, Münster.

Vergleich des Stiftes Münster mit Ulrich Trutmann.

Wissen alle, die disen brief ane sehent oder hörent lesen, das wir her Jacob von Rinach, probst, vnd das Capitel von Münster in Ergöwe vber ein komen sin mit gemeinem müte mit Vlrich Thruthmann vmbe alle die anfrage vnd stöfe, die wir gegen ime vntz har oder er gegen vns gehebt han, das wir im gegeben han vür eigen dri Schüpofen ze Surfe, die sin vatter von vnserm Gotzhus hatte mit aller der rechtunge, dü derzü höret; die eine buwet C. Buchse, die anderen buwet Jo. von Büholz, die dritten Uolrich von Zopfenberg; also das er die vogtstüre gar rihten sol, du da von gat. Und ze Kulmbe zwo Schüpoffen, dem man sprichet der Cymberlütégüt, mit der Müli vnd mit allem dem rechte, so darzu höret, vür lidig eigen ze habenne vnd ze niessende im vnd finen erben für eigen, als da vor bescheiden ist, vnd loben vür vns vnd vnser nachkomen ime vnd finen erben, der forgenanten güter ze Surfe vnd öch ze Kulmbe recht wern ze sinne, swa oder swenne si es bedurfen, als wir durch recht fällen in dem rechte als da vor bescheiden ist; vnd binden vns vnd vnser gozhus darzü an difem brief, den wir ime dar vmb gegeben han besigelt mit vnserm ingesigeln des probstes vnd des Capitels vnd öch des Cufters, wand die güter ze Surfe an die Kultrie horten. Ich Vlrich Truthman der vorgeannte entzihe mich öch vür mich vnd alle min erben aller der anfrach, die ich gehebt han oder haben möchte, vmb den köf, den ich von minen Herren — — dem probste vnd dem Capitel getan hatte, oder vmbe kein sache von mines vatters wegen, oder dekeinen andern weg vnd henke dar vmbe min ingesigel an diesen brief, der gegeben ist ze Münster, do man

zalte von gottes geburt drizehen hundert vnd sechzehen iar,
mornendes nach vnser vrowen tag ze mittem ovgesten.

Liber crinitus fol. 26.

Nr. 328.

1317, 2. März.

Einwilligung Konrads von Reitnau zum Verkauf des Vogteirechtes in Neudorf durch seinen Sohn Markuard an's Stift Münster.

Uniuerfis presentium inspectoribus ego Chünradus de Reitnowe noticiam subscriptorum. Nouerint igitur uniuerfi, quod ego | vendicioni juris aduocacie in Núdorf a filio meo Marquardo facte honorandis et discretis dominis — — preposito | et Capitulo Ecclesie Beronenfis consentio per presentes renuncians omni Juri Ciuili et Ecclesiastico, quod michi nunc | competit uel in posterum possit competere in eadem. In cuius euidentiam presentem litteram Sigillo honorandi domini | Chünradi prepositi Ecclesie Werdenfis petii communiri. Nos Chünradus prpeofitus predictus Sigillum nostrum ad | petitionem prefati Marquardi duximus appendendum. Datum anno domini M^oCCC^oXVII^o, feria quarta post | dominicam Reminiscere.

Das Siegel fehlt.

Liber crinitus fol. 24. Druck: Neugart, Cod. Diplom. II, 395.

Nr. 329.

1317, 16. März.

Zustimmung Johans von Reitnau zum Verkaufe der Vogtei von Neudorf an das Stift Münster.

Uniuerfis presentium inspectoribus ego Johannes de Reitnowe noticiam subscriptorum. Nouerint igitur vniuerfi | quod in aduocacia in Núdorf, quam Marquardus de Reitnowe vendidit honorabilibus dominis — — preposito | et capitulo Ecclesie Beronenfis nullum Jus michi competit Idcirco presentibus

renuncio omni iuri, quod | mihi nunc uel inposterum competere
 posset in eadem. In cuius evidenciam Sigillum honorabilis domini
 Hei- | monis de Hafenburg, Rectoris in Willifowe, pecii presen-
 tibus apponi. Nos Heimo | predictus Sigillum nostrum ad peti-
 tionem predicti Johannis duximus appendendum. Datum anno
 domini | M^oCCC^oXVII^o, feria quarta post dominicam letare.

Das Siegel hängt beschädigt.

Copie im Liber crinitus fol. 23.

Nr. 330.

1317, 26. April, Zürich.

Kundschaft Jak. Rufis, Chorherrn und Meister Walthers,
 Leutpriesters in Zürich betr. den Verkauf einer Hofstatt in
 Hochdorf durch Rud. Negellin und Frau an das Stift Münster.

In causa mota inter Rudolphum Negellin Ciuem Thuri-
 censem nomine Margarethe uxoris sue ex una, ac honorabiles
 uiros . . prepositum et . . capitulum ecclesie Beronensis ex
 parte altera, super domo area et pomerio sitis in uilla Hoch-
 dorf petitis in libello, ego Jacobus Rufi, canonicus ecclesie
 Thuricensis arbiter a dictis . . preposito et . . capitulo assumptus
 una cum magistro Walthero plebano eiusdem ecclesie Thuri-
 censis pro arbitro a dicto Rudolpho assumpto, uisis et per
 spectis diligenter processibus et actis dicte cause. Quia ex
 parte dictorum . . prepositi et . . capituli, clare uidetur esse
 probatum per Ulricum dictum Weibel, et per Ulricum de
 Nunwil, quod contractus de quo agitur, simplex et absolutus
 fuerit, ac absque omni conditione et quod Margareta uxor
 Rudolphi Negellin contractum uenditionis facte per Johannem
 patrem suum interfuerit consenserit et rem uenditam resignarit
 et quo d care uidetur probata Exceptio rei iudicate per quatuor
 testes uidelicet C. villicum de Nunwile, C. de Verkon, Ulricum
 Weibel et Johannem Bürschit, ex parte uero altera conditionaliter
 contractus minime uideatur esse probatus quia quidam testes
 acceperunt tantum de fama nec eam publicam seu a quibus sur-
 rexerit, seu inter quos sit fama dicant, Item dictum Ulrici de